

EXPOSITIO THOME DE AQUINO SUPER DECEM LIBROS ETHICORUM ARISTOTILIS.

Dr. Josip Lach

(Nastavak)

Et quidem de auditore, et qualiter demonstrandum,¹ et quid proponimus, prohemia liter dicta sunt tanta.

Videtur autem utique etc.² Postquam philosophus ostendit quid sit bonum quod principaliter intenditur in hac scientia, hic determinat huius³ scientie modum⁴ convenientem. Et primo ex parte doctoris, secundo ex⁵ parte auditoris, ibi, Eodem autem utique modo etc. Circa primum ponit talem rationem. Modus manifestandi veritatem in qualibet scientia, oportet⁶ esse conveniens ei quod subiicitur sive⁷ quod⁸ est materia in illa scientia. Quod quidem manifestat ex hoc quod certitudo non potest inveniri, nec est quaerenda similiter in omnibus sermonibus, quibus de aliqua re ratiocinamur. Sicut etiam⁹ neque in conditis, id est hiis quae fiunt per artem non similis modus est operandi in omnibus, sed unusquisque artifex operatur ex materia secundum modum ei convenientem, aliter

quidem ex cera,¹⁰ aliter ex luto, aliter ex ferro. Materia autem moralis talis est quod non est conveniens perfecta certitudo. Et hoc manifestat per duo genera rerum¹¹ quae videntur ad materiam moralem pertinere. Primo namque et principaliter ad materiam moralem pertinent opera virtuosa, quae vocat unde¹² iusta, de quibus principaliter intendit civilis scientia, circa quae non habetur certa scientia hominum. Sed magna differentia est in hoc quod homines de hiis iudicant, et in hoc materialiter¹³ error contingit. Nam quaedam sunt quae a quibusdam reputantur iusta et honesta, a quibusdam autem¹⁴ iniusta et inhonesta, secundum differentiam temporum et locorum et personarum. Aliquid enim reputatur vitiosum non secundum opinionem hominum, sed secundum legis positionem.¹⁵ Et ex ista differentia contingit quosdam opinari, quod nihil esset¹⁶ naturaliter iustum vel honestum, ni-

¹ F: dodaje sit.

² F: izostavlja ovaj početak.

³ F: huic.

⁴ F: stavlja iza determinat.

⁵ F: nema ex parte.

⁶ F: debet.

⁷ F: sicut.

⁸ F: nema quod est.

⁹ F: stavlja iza neque.

¹⁰ F: terra.

¹¹ F: nema rerum.

¹² F: hic.

¹³ F: multiplex.

¹⁴ F: nema autem.

¹⁵ F: Aliquid enim reputatur vitiosum uno tempore aut in una regione, quod in alio tempore aut in alia regione non reputatur vitiosum.

¹⁶ F: est.

si¹ secundum legis positionem, de qua quidem opinionem ipse² plenius ager in sexto³ huius.

Secundo autem ad materiam moralem pertinent bona⁴ quibus homo iuvatur⁵ vel utitur ad finem. Et circa ista bona etiam⁶ contingit invenire praedictum errorem, quia non semper eodem modo se habent in omnibus. Quidam enim per ea iuvatur, quibusdam vero ex ipsis proveniunt detrimenta. Multi homines enim occasione⁷ divitiarum perierunt, ut pote a latronibus interfecti, quidam vero occasione sue fortitudinis corporalis ex cuius fiducia incaute se periculis exposuerunt. Et sic manifestum est quod materia moralis est varia et deformis, non habens omnimodam certitudinem. Et quia secundum artem demonstrative scientie oportet principia esse conformia conclusionibus, amabile est et optabile de talibus id est de⁸ tam variabilibus tractatum facientes, et ex similibus procedentes ostendere veritatem, primo quidem grosse id est applicando universalia principia et simplicia ad singularia et composita, in quibus est actus. Necessarium est enim in qualibet operativa scientia, ut procedatur modo composito, e contrario⁹ autem in scientia speculativa, necesse est ut procedatur modo resolutorio resolvendo composita in principia simpli-

cia. Deinde sic¹⁰ procedendo oportet ostendere veritatem figuratiter, id est verisimiliter; et hoc est procedere ex primis¹¹ principiis huius scientie. Nam scientia moralis est de actibus voluntariis. Voluntatis autem motivum est non solum bonum, sed apparens bonum. Tertio oportet ut cum dicturi simus de hiis quae frequentius accidunt, id est de actibus voluntariis, quos voluntas non ex necessitate producit, sed forte inclinata magis ad unum quam ad aliud, ut etiam ex talibus procedamus, ut principia sint conclusionibus conformia.

Deinde cum dicit, Eodem utique modo¹² etc. ostendit quod auditores¹³ oportet acceptare in moralibus praedictum modum determinandi, et dicit quod debitum est quod unusquisque recipiat unumquodque quod dicitur¹⁴ sibi ab alio eodem modo, id est secundum quod convenit materie, quia ad hominem disciplinatum id est bene instructum pertinet, ut tantam¹⁵ certitudinem¹⁶ quaerat in unaquaque materia, quantum natura rerum patitur. Non enim potest esse tanta certitudo in materia variabili et contingenti, sicut in materia necessaria, semper eodem modo se habente. Et ideo auditor bene disciplinatus non debet majorem certitudinem requirere, nec minori esse contentus quam sit conveniens rei de qua agi-

¹ F: sed solum.

² F: nema ipse.

³ F: secundo.

⁴ F: dodaje exteriora.

⁵ F: nema iuvatur vel.

⁶ F: stavlja ica circa.

⁷ F: dodaje suarum.

⁸ F: nema de.

⁹ F: converso.

¹⁰ F: nema sic procedendo.

¹¹ F: propriis.

¹² F: nema modo.

¹³ F: auditorem.

¹⁴ F: stavlja iza alio.

¹⁵ F: tantum.

¹⁶ F: certitudinis.

tur. Propinquum enim peccatum esse videtur si aliquis auditor acceptet aliquem mathematicum persuasionibus rethoricis utentem, et si expectat a rethorico demonstrationes certas, quales debet proferre mathematicus. Utrumque enim contingit ex hoc quod non consideratur modus materie conveniens. Mathematica enim¹ est circa materiam in qua invenitur omnimoda certitudo. Rethorica autem negociatur circa materiam civilem in qua multiplex variatio accidit.

Deinde cum dicit, Unusquisque autem iudicat² bene etc. ostendit qualis debeat esse auditor huius scientie. Et primo ostendit quis sit insufficiens,³ secundo quis sit inutilis, ibi. Amplius autem passionum, tertio quis sit auditor conveniens, ibi, Secundum rationem autem, Circa primum duo facit. Primo praemittit quaedam quae sunt necessaria ad propositum ostendendum, secundo⁴ concludit propositum, ibi, Idcirco politice etc. Circa primum ergo sic procedit et dicit quod unusquisque non potest habere bonum iudicium nisi de hiis quae cognoscit, et sic ille qui est instructus circa unum quodlibet⁵ genus, bene potest iudicare de hiis quae pertinent ad illud genus. Sed ille qui est bene instructus circa omnia, potest simpliciter bene iudicare de omnibus.

Secundo ibi, Idcirco politice

etc. concludit propositum scilicet quod iuvenis non est conveniens auditor politice, et totius moralis scientie, quae sub politica comprehenditur, quia sicut dictum est nullus⁶ bene iudicat,⁷ nisi ea quae novit. Omnis autem auditor oportet quod bene iudicet de hiis quae audit, ut scilicet bene dicta recipiat, non autem ea quae male dicuntur. Ergo oportet quod nullus sit auditor conveniens nisi habeat aliquam notitiam eorum quae pertinent ad scientiam moralem, quae maxime cognoscuntur per experientiam. Iuvenis autem est inexpertus operationum humane vite, propter temporis breviteratem. Et⁸ quia⁹ inde rationes moralis scientie procedunt ex hiis quae pertinent ad actus humane vite, et etiam sunt de hiis, sicut si dicitur, quod liberalis minora sibi reservat, et maiora aliis tribuit, hoc iuvenis propter inexpertitiam forte non iudicabit esse verum. Et idem est in aliis civilibus. Unde manifestum est, quod iuvenis non est conveniens auditor politice.

Deinde cum dicit, Amplius autem passionum¹⁰ etc. ostendit quis sit inutilis auditor huius scientie. Ubi considerandum est quod scientia moralis docet homines sequi rationem, et discedere ab hiis in¹¹ quae passiones anime inclinant, quae sunt concupiscentia, ira, et similia, in quae quidem aliqui tendunt dupliciter. Uno modo ex elec-

¹ F: nam i stavlja pred Matematica.

² F: nema iudicat bene.

³ F: dodaje auditor.

⁴ F: izostavlja sve do sic procedit.

⁵ F: aliquod.

⁶ F: dodaje potest.

⁷ F: iudicare.

⁸ F: dodaje tamen.

⁹ F: nema quia inde.

¹⁰ F: nema passionum.

¹¹ F: ad.

tione, puta cum aliquis hoc proponit, ut concupiscentie sue satisfaciat. Et hos vocat sectatores passionum. Alio¹ modo cum aliquis proponit quidem a noxiis delectationibus abstinere, utitur² tamen interdum impetu passionis in³ qua⁴ suum propositum consequatur.⁵ Et vocatur talis incontinentens.

Dicit ergo quod ille qui est sectator passionum inaniter, id est sine aliqua efficacia, audit hanc scientiam, et inutiliter id est absque consecutione debiti finis. Finis enim huius scientie non est sola cognitio, ad quam forte pervenire possent passionum sectatores. Sed finis huius scientie est actus humanus, sicut et omnium scientiarum practicarum. Ad actus autem virtuosos non perveniunt, qui passiones sectantur. Et sic nihil differt quantum ad hoc, ut⁶ arceantur ab auditu huius scientie iuvenis etate, vel iuvenis moribus, scilicet⁷ passionis sectator, quia sicut iuvenis⁸ deficit a fine huius scientie, qui est cognitio, ita ille qui est iuvenis moribus, deficit a fine qui est actio. Non enim est defectus eius propter tempus, sed propter hoc quod vivit secundum passiones, et sequitur singula ad quae passiones inclinant. Talibus enim fit inutilis cognitio huius scientie, sicut etiam in⁹ incontinentibus, qui non se-

quantur scientiam quam de moralibus habent.

Deinde cum dicit, secundum rationem autem etc. ostendit quis sit conveniens auditor huius scientie, et dicit quod multum est utile scire de moralibus illis, qui secundum ordinem rationis implent omnia¹⁰ desideria, et exercitiis¹¹ operantur.

Ultimo autem epilogat ea quae dicta sunt in hoc prohemio dicens, quod tanta sunt dicta prohementaliter de auditore, quod fuit ultimum, vel quis modus demonstrandi, quod fuit medium, et quod¹² ponamus, id est quid sit id de quo ista scientia principaliter intendit.¹³

IV.

Dicamus autem resumentes, quoniam omnis cognitio et electio, bonum aliquod desiderat. Quid est hoc quod dicimus civilem desiderare, et quod¹⁴ est omnium operatorum summum bonum. Nomine quidem igitur fere ab omnibus¹⁵ concessum est. Felicitatem enim et multi et excellentes dicunt. Bene autem vivere et bene operari idem existimant ei, quod est esse felicem.

De felicitate autem quae est, altercantur, et non similiter multi¹⁶ sapientibus tradiderunt.¹⁷ Hii (scilicet layci¹⁸)

¹⁰ F: dodaje sua.

¹¹ F: exterius.

¹² F: quid proponimus.

¹³ F: intendant quod fuit primum.

¹⁴ F: quid.

¹⁵ F: plurimis.

¹⁶ F: dodaje cum.

¹⁷ F: crediderunt.

¹⁸ F: Sve ovdje u zagradama označene riječi nalaze se u kodeksu između redaka, te su sigurno kasnije umetnute, kao razjašnjenje predduće riječi.

¹ F: pred alio stavlja et.

² F: vincitur.

³ F: ut.

⁴ F: contra.

⁵ F: impetum passionis sequatur.

⁶ F: an auditor huius scientiae sit juvenis aetate.

⁷ F: idest.

⁸ F: dodaje aetate.

⁹ F: nema in.

quidem enim apertorum quid et manifestorum, ut puta voluptatem (intemperati), aut divicias (sicut avari), aut honorem (sicut ambitiosi), alii autem aliud. Multociens autem et idem ipse alterum. Egrotans quidem enim sanitatem, mendicans autem divicias.

Conscii autem sibi ipsis ignorancie, eos qui magnum aliquid¹ super ipsos dicunt admirantes, quidam² existimaverunt praeter hec multa bona, aliud esse secundum se ipsum, quod etiam³ omnibus causa est existendi⁴ bonum.

Omnes igitur quidem perscrutari opiniones, inanius⁵ fortassis est. Sufficiens autem eas quae maxime superficietenus, aut⁷ apparent, vel existimantur habere aliquam rationem.

Non lateat autem nos, quoniam differunt quae a principis rationes, et quae ad principia. Bene enim et plato dubitavit hoc et quesivit utrum a principis vel ad principia est via, quemadmodum in stadiis ab athlotetis ad terminum, vel e contrario.⁸

Incipiendum quidem igitur a cognitis. Haec autem dupliciter sunt. Haec quidem enim nobis, haec autem simpliciter Forte enim⁹ nobis incipiendum est a nobis cognitis.

Propter quod oportet consuetudinibus bene duci, de bonis (exterioribus) et (operationibus) iustis et totaliter civilibus

auditori¹⁰ sufficienter,¹¹ nihil opus erit eo uti propter quid talis vel habet, vel suscipit principia faciliter. Cui autem neutrum horum existit audiat quae esyodi (poete, ait enim). Iste quidem optimus, qui omnia intellexit.

Bonus autem rursus et ille, qui benedicienti obediet. Qui autem neque ipsemet intelligit, neque alium audiens in animo ponet,¹² hic rursus inutilis vir.

Dicamus¹³ ergo resumentes etc. Praemisso prohemio, hic Aristoteles accedit ad tractatum huius scientie. Et dividitur in tres partes, in prima determinat de felicitate quae est summum inter humana bona, producens¹⁴ ad hanc¹⁵ considérationem¹⁶ felicitatis, quod est operatio secundum virtutem. In secunda parte determinat de virtutibus, ibi, Si autem est felicitatis operatio quaedam secundum virtutem, in tertia complet¹⁷ tractatum de felicitate, ostendens qualis et cuius¹⁸ virtutis operatio sit felicitas. Et hoc in decimo libro, ibi, Post hoc autem de delectatione etc. Circa primum duo facit. primo dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositum, ibi,

⁹ F: igitur.

¹⁰ F: auditorum.

¹¹ F: iza toga slijedi: Principium enim hoc, et si sufficienter nihil opus erit eo quod propter quid. Talis autem habet vel suscipit utique principia faciliter.

¹² F: ponit.

¹³ F: nema Dicamus ergo resumentes etc.

¹⁴ F: perducens.

¹⁵ F: hoc.

¹⁶ F: consideratione.

¹⁷ F: dodaje suum.

¹⁸ F: quae.

¹ F: dodaje et.

² F: dodaje autem.

³ F: et.

⁴ F: essendi.

⁵ F: inane.

⁶ F: stavlja pred quae.

⁷ F: nema aut.

⁸ F: converso.

Nomine quidem igitur etc. Dicit ergo primo resumendo quod supra dictum est, quod cum omnis cognitio, vel¹ electio desideret aliquod bonum, id² est ordinetur ad aliquod bonum desideratum sicut in finem, dicendum est quid sit illud bonum ad³ ordinatur civilis scientia, quod scilicet est summum omnium operatorum, id est inter omnia ad quae opere⁴ humano perveniri⁵ potest. Hoc⁶ enim dico, supra dictum est oportere considerare⁷ de ultimo fine humanorum bonorum, scilicet quid sit quod hic proponit⁸ considerandum, et ad quam scientiam pertinet, quod supra in prohemio tractatum est.

Deinde cum dicit, Nomine quidem igitur etc. determinat de felicitate. Et circa hoc duo facit, primo prosequitur opiniones aliorum de felicitate, secundo determinat de ipsa secundum propriam sententiam, ibi, Rursus autem redeamus ad quaesitum bonum etc. Circa primum duo facit, proponit⁹ primo opiniones eorum¹⁰ de felicitate, secundo inquit de eis, ibi, Nos autem dicamus unde discessimus etc. Circa primum duo facit, primo ponit opiniones de ultimo fine humanorum actuum,¹¹ secundo determinat qualiter de eiusmodi opinionibus sit

inquirendum, ibi Omnes quidem igitur¹² etc. Circa primum duo facit, primo ponit¹³ in quo omnes conveniant, secundo in quo differunt, ibi, De felicitate autem quae est etc. Ponit ergo primo duo in quibus omnes conveniunt secundum ultimum finem. Primo quidem in¹⁴ nomine, quia¹⁵ tam¹⁶ multi id est populares quam etiam excellentes, id est sapientes nominant¹⁷ summum humanorum bonum felicitatem, secundo quantum ad communem nominis rationem, quia omnes existimant bene vivere et bene operari, idem quod est esse felicem.

Deinde cum dicit, De felicitate autem etc. ostendit in quo differunt opiniones hominum circa felicitatem, et dicit quod de felicitate quid sit in speciali altercantur, id est diversificantur homines. Et hoc triplici differentia, quarum prima accipitur secundum quod multitudo popularium non similiter in hoc sentit cum sapientibus. Nam populares existimant felicitatem esse aliquod eorum quae sunt in aperto et manifesto, ut sunt illa quae in sensibilibus considerantur, quae sola manifesta sunt multitudini, et adeo aperta, quod non indigent expositione reserante, sicut sunt voluptas, divicie, et honor, et alia huiusmodi. Quid autem sapientes super hoc sentiant ultimo ponet. Secunda autem differentia est popularium ad invicem, quorum alii aliud

¹ F: et.² F: izostavlja id est ordinetur ad aliquod bonum³ F: dodaje quod.⁴ F: operatio humana.⁵ F: pervenire.⁶ F: Haec enim duo.⁷ F: considerari.⁸ F: proponitur.⁹ F: Primo ponit.¹⁰ F: aliorum.¹¹ F: nema actuum.¹² F: dodaje perscrutari.¹³ F: ostendit.¹⁴ F: ibi »Felicitatem enim multi«.¹⁵ F: dicens quod.¹⁶ F: et.¹⁷ F: nominaverunt.

sensibile bonum existimant esse felicitatem, sicut avari divicias, intemperati voluptates, ambiciosi honores. Tertia autem est differentia eiusdem ad seipsum. Est enim conditio ultimi finis, ut sit maxime desideratum. Unde id quod maxime desiderat¹ homo² existimat esse felicitatem. Indigentia autem alicuius boni auget eius desiderium. Unde aeger qui eget sanitate, iudicat sanitatem³ esse⁴ summum bonum, et pari ratione mendicus divicias. Et similiter illi qui recognoscunt suam ignorantiam admirantur quasi felices eos qui possunt dicere aliquid⁵ magnum, et quod eorum intellectum excedat. Et omnia ista pertinent ad opiniones multitudinis. Sed quia⁶ quidam sapientes scilicet platonici, praeter haec diversa bona sensibilia existimaverunt esse unum bonum, quod est secundum seipsum, id est quod est ipsa essentia bonitatis separata, sicut et formam separatam hominis dicebant per se hominem,⁷ et⁸ quod omnibus bonis est causa quod sint bona, inquantum scilicet participant id summum bonum.

Deinde cum dicit, Omnes quidem igitur, ostendit qualiter oporteat inquirere de praedictis opinionibus. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit de quibus harum opinionum oporteat⁹ inquirere, secundo quo ordine, ibi, Non lateat autem nos etc.

tertio qualiter oporteat audirem dispositum esse ad hoc quod ea bene capiat quae dicuntur,¹⁰ ibi, Propter quod oportet consuetudinibus etc. Dicit ergo primo quod perscrutari omnes opiniones quas aliqui habent de felicitate esset magis aliquid vanum, quam deceat philosophum, quia quaedam sunt omnino irrationabiles. Sed sufficiat illas opiniones maxime perscrutari, quae in superficie habent aliquam rationem, vel propter apparentiam,¹¹ vel saltem propter opinionem multorum hoc existimantium.

Deinde cum dicit, Non lateat autem nos etc. ostendit quo ordine ratiocinandum sit de huiusmodi opinionibus, et specialiter¹² in tota materia morali. Et assignat differentiam in processu ratiocinandi, quia quaedam sunt rationes quae procedunt a principiis, id est a causis in effectus, sicut demonstrationes propter quid, quaedam autem e contrario¹³ ab effectibus ad causas, sicut¹⁴ principia quae non demonstrant propter quid, sed solum quia ita¹⁵ est. Et hoc etiam philosophus¹⁶ prius distinxit inquirens utrum oporteat¹⁷ a principis, vel ad principia, et ponit exemplum de cursu stadiorum. Erant enim quidam athlotete, id est propositi¹⁸ athleticis currentibus in stadio, qui quidem athlotete stabant in principio

¹ F: desideratur.

² F: populus.

³ F: ipsam.

⁴ F: nema esse.

⁵ F: aliquod.

⁶ F: nema quia.

⁷ F: dodaje: sic bonum separatam per se bonum.

⁸ F: nema et.

⁹ F: oportet.

¹⁰ F: dicentur.

¹¹ F: dodaje aliquam.

¹² F: simpliciter.

¹³ F: converso.

¹⁴ F: sive.

¹⁵ F: nema ita est.

¹⁶ F: Plato.

¹⁷ F: dodaje procedere.

¹⁸ F: praepositi.

stadiorum. Quandoque igitur atlete incipiebant currere ab athlotetis, et procedebant usque ad terminum, quandoque etiam¹ e contrario.² Et sic etiam est duplex ordo in rationis processu, ut dictum est. Et ut accipiat quo ordine oporteat procedere in qualibet materia, considerandum est quod semper³ oporteat incipere a magis cognitis, quia per notiora pervenimus⁴ ad ignota. Sunt autem aliqua notiora dupliciter. Quaedam quidem quoad nos, sicut composita et sensibilia, quaedam⁵ simpliciter⁶ quoad naturam, ut⁷ simplicia et intelligibilia. Et quia nos ratiocinando acquirimus notitiam eo⁸ quod procedamus ab hiis quae sunt magis nota nobis. Et siquidem eadem sunt nobis magis nota et simpliciter, tunc ratio procedit a principiis, sicut in mathematicis. Si autem sint alia nota magis simpliciter et alia quoad nos, tunc debet⁹ e contrario procedere, sicut in naturalibus et moralibus.

Deinde cum dicit, Propter quod oportet etc. ostendit qualiter oportet esse dispositum talium auditorem, et dicit, quod quia in moralibus oportet incipere ab hiis quae sunt magis nota quoad nos a quibusdam effectibus consideratis circa actus humanos, oportet illum qui sufficiens auditor esse vult huius¹⁰ scientie, quod sit be-

ne¹¹ manuctus et exercitatus in consuetudinibus humane vite, id est de bonis exterioribus et iustis, id est de operationibus¹² virtutum,¹³ universaliter de omnibus civilibus, sicut sunt leges et ordines politicarum, et si qua alia sunt huiusmodi, quia oportet in moralibus aliquid accipere ut principium quia ita est, quod quid accipitur per experientiam et consuetudinem, puta quod concupiscentie per abstinentiam superantur. Et si hoc sit manifestum alicui, non multum necessarium est ei ad operandum cognoscere propter quid sit,¹⁴ sicut et medico sufficit ad sanandum scire quod haec herba curat talem egritudinem. Cognoscere autem propter quid acquiratur¹⁵ ad sciendum quod principaliter intenditur in scientiis speculativis. Talis autem qui scilicet est expertus in rebus humanis vel per se ipsum habet principia operabilium quasi per se ea considerans, vel de facili suscipit ea ab alio. Ille vero cui neutrum horum convenit audiat factum¹⁶ esiodi poete, qui dixit quod iste¹⁷ est optimus, qui scilicet potest per se ipsum intelligere, et ille etiam est bonus, qui bene¹⁸ recipit quae ab alio dicuntur. Ille autem qui neque per se ipsum potest intelligere, neque alium audiens potest in animo reponere, est inutilis quantum scilicet¹⁹ ad acquisitionem scientie.

¹ F: autem.² F: converso.³ F: nema semper.⁴ F: devenimus.⁵ F: pred quaedam stavlja et.⁶ F: dodaje et.⁷ F: scilicet⁸ F: oportet⁹ F: oportet.¹⁰ F: moralis.¹¹ F: nema bene.¹² F: operibus.¹³ F: slijedi et.¹⁴ F: nema sit.¹⁵ F: requiritur.¹⁶ F: sententiam.¹⁷ F: ille.¹⁸ F: nema bene.¹⁹ F: nema scilicet.

V.

Nos autem dicamus unde discessimus. Bonum¹ enim et felicitatem non irrationabiliter videntur ex hiis quae huius vite sunt existimare.

Multi quidem (quid habent?)² et gravissimi voluptatem. Ideo et vitam eligunt³ voluptuosam.

Tres enim sunt vite maxime excellentes, (scilicet) et quae nunc dicta est, et quae civilis est, et tertia quae contemplativa est.

Multi quidem enim⁴ omnino bestiales videntur esse, pecudum⁵ vitam eligentes.

Adipiscuntur autem rationem, quia multi eorum qui in potestate sunt similia paciuntur sardanapalo.

Quidam autem excellentes et operativi, honorem. Civilis⁶ vite fere hic finis.

Videtur autem magis superficialitatenus esse eo quod quaeritur. Videtur enim in honorantibus magis quam in honorato esse. Bonum autem proprium quidem, et quod difficilius aufertur⁷ divinamus.

Amplius (honorandi) videntur honorem quaerere, ut credant se ipsos bonos esse. Quaerunt igitur⁸ a prudentibus honorari, et apud eos a quibus cognoscuntur, et in virtute. Ma-

nifestum igitur quoniam secundum hos virtus melior est.

Forsitam autem et magis utique quis⁹ finem civilis vite hanc existimet.

Videtur autem imperfectio et haec. Videtur enim contingere et dormire habentem virtutem, et¹⁰ non operari per vitam.

Et cum hiis mala pati, et infortunatum esse plurimum. Ita autem viventem utique nullus felicitabit, nisi positionem custodiat. Et de hiis quidem igitur satis. Sufficiens enim in enchidiis¹¹ dictum est de hiis.¹²

Tertia autem et contemplativa, de qua perscrutationem in sequentibus faciemus.¹³

Peccuniosus autem violentus¹⁴ quis est, et divicie non sunt quod quaeritur bonum. Utiles enim sunt alterius gratia. (scilicet voluptas, honor et virtus)¹⁵ Ideo magis quae priora¹⁶ dicta sunt, fines¹⁷ aliquis utique existimat, propter se enim diliguntur. Videtur autem neque illa, quamvis multi sermones ad hoc compositi sint. Hic autem relinquuntur.

Nos¹⁸ autem dicamus unde discessimus etc. Postquam philosophus recitavit opiniones aliorum¹⁹ diversas de felicitate, hic inquiri veritatem de praedictis opinionibus. Et primo in-

¹ F: pred bonum stavlja summum.

² F: riječi u zagradi napisane su u kodeksu između redaka iznad riječi, koje su pred njima.

³ F: diligunt.

⁴ F: igitur.

⁵ F: secundum.

⁶ F: dodaje enim.

⁷ F: dodaje esse.

⁸ F: autem.

⁹ F: aliquis.

¹⁰ F: vel.

¹¹ F: Encycliis.

¹² F: ipsi.

¹³ F: stavlja pred in.

¹⁴ F: violenter.

¹⁵ F: dodatak na rubu.

¹⁶ F: prius.

¹⁷ F: finem.

¹⁸ F: izostavlja cijelu ovu rečenicu.

¹⁹ F: nema aliorum.

quirit de opinione loquentium de felicitate morali,¹ qui scilicet ponebant in alico² bonorum huius vite felicitatem, secundo inquirunt de opinione loquentium de felicitate, non moraliter, ponentium scilicet felicitatem in quodam bono separato, ibi, Quod autem universalem etc. Circa primum duo facit. Primo ponit id quod est commune omnibus huiusmodi opinionibus, secundo inquit de diversitate opinionum.³ Quia ergo videbatur philosophus disgressionem fecisse a principali proposito, dum modum procedendi determinavit, redit ad principale propositum, unde discesserat, id est ad opiniones de felicitate, et dicit quod non irrationabiliter aliqui videntur existimare, quod finale bonum, quod felicitas dicitur, sit aliquid ex hiis quae pertinent ad hanc vitam, scilicet humanam. Est enim finis omnium operationum vite. Ea vero⁴ quae sunt ad finem proportionantur fini. Unde probabile est quod felicitas sit aliquid⁵ de numero bonorum pertinentium ad hanc vitam. Sed de hoc infra dicetur, quid verum sit.

Deinde cum dicit, Multi quidem et⁶ gravissimi etc. inquit veritatem circa ea in quibus diversificantur. Et circa hoc duo facit. Primo inquit de⁷

quodam opinione minus rationali, ibi, Pecuniosus autem violentus etc. Circa primum tria facit, primo inquit de opinione ponentium⁸ felicitatem in hiis quae pertinent ad vitam voluptuosam, secundo de opinionibus⁹ ponentium felicitatem in hiis quae pertinent ad vitam civilem, ibi, Quia autem excellentes¹⁰ operativi etc. In tertia facit mentionem de vita contemplativa, ibi, tertia autem est etc. Circa primum tria facit, primo proponit opinionem, secundo ex incidenti distinguit vitas, ibi, Tres enim sunt etc. tertio inquit de veritate propositae opinionis, ibi, Multi quidem igitur¹¹ etc. Dicit ergo primo quod inter bona huius vite, quidam elegerunt¹² voluptatem, in ea felicitatem ponentes. Et hii quidem sunt non solum multi id est populares homines qui fere omnes ad voluptates declinant, sed etiam quidam qui sunt gravissimi, vel propter auctoritatem scientie et doctrine, vel propter vite honestatem. Nam etiam epicurei, qui voluptatem summum bonum existimant,¹³ diligenter colebant virtutes, sed tantum propter voluptatem, ne scilicet propter contraria vicia eorum voluptas impediretur. Gula enim per immoderantiam cibi corporis dolores generat, propter futurum aliquis carceri mancipatur. Et ita diversa vicia diversimode voluptatem impediunt. Et quia ultimus finis est maxime diligi-

¹ F: moraliter.

² F: jednako aliquo.

³ F: dodaje ibi, »Multi quidem et gravissimi.«

⁴ F: autem

⁵ F: nema aliquid.

⁶ F: nema et gravissimi.

⁷ F: de opinionibus, quae magis videntur accedere ad veritatem. In secunda de opinione recedente magis a veritate.

⁸ F: ponente.

⁹ F: opinione ponente.

¹⁰ F: dodaje et.

¹¹ F: ergo.

¹² F: eligunt.

¹³ F: existimabant.

bilis, ideo illi qui ponunt voluptatem summum bonum, maxime diligunt vitam voluptuosam.

Deinde cum dicit, Tres enim sunt etc. distinguit triplicem vitam, scilicet voluptuosam, quae nunc¹ dicta est, et² civilem, et contemplativam. Et has dicit esse maxime excelentes. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod sicut³ in nono huius⁴ dicitur; Unusquisque id ad quod maxime afficitur, reputat vitam suam, sicut philosophus philosophari, venator venari, et sic de aliis. Et quia homo maxime afficitur ad universalem⁵ finem, necesse est quod vite diversificentur secundum diversitatem ultimi finis. Finis autem habet rationem boni. Bonum autem in tria dividitur, scilicet⁶ in utile, delectabile, et honestum. Quorum duo, scilicet delectabile et honestum, habent rationem finis, quia utrumque est appetibile propter seipsum. Honestum autem dicitur quod est bonum secundum rationem, quod quidem habet aliquam delectationem annexam. Unde delectabile quod contra honestum dividitur, est delectabile secundum sensum. Ratio autem est et speculativa et practica. Vita igitur⁷ voluptuosa dicitur, quae finem constituit in voluptate sensus.⁸ Vita vero civilis dicitur quae finem constituit in bono rationis practice, puta in

exercitio virtuosorum operum. Contemplativa⁹ autem quae ponit¹⁰ finem in bono rationis speculative, scilicet¹¹ in contemplatione veritatis.

Deinde cum dicit. Multi quidem igitur, inquit de praedicta opinione. Et circa hoc duo facit, primo inprobat eam, secundo inducit rationem inducentem ad ipsam, ibi, Adipiscuntur autem etc. Circa primum considerandum est, quod vita voluptuosa, quae ponit finem circa delectationem sensus necesse habet ponere finem circa maximas delectationes, quae consequuntur¹² operationes, quibus scilicet natura conservatur, secundum individuum per cibum et potum, et secundum speciem per commixtionem¹³ sexuum. Huiusmodi autem delectationes sunt communes hominibus et bestiis. Unde multitudo hominum ponentium finem in huiusmodi voluptatibus videtur¹⁴ esse¹⁵ omnino bestialis, quasi eligentes hanc¹⁶ optimam¹⁷ vitam, in qua peccudes¹⁸ nobiscum communicant. Si enim in hoc felicitas hominis consisteret, pari ratione bestie felices essent, fruentes delectatione et coitus et cibi. Si igitur felicitas est proprium bonum hominis, impossibile est quod consistat in hiis felicitas.

⁹ F: pred contemplativa stavlja vita.

¹⁰ F: constituit.

¹¹ F: vel.

¹² F: sequuntur naturales.

¹³ F: mixtionem.

¹⁴ F: videntur.

¹⁵ F: nema esse.

¹⁶ F: talem.

¹⁷ F: nema optimam.

¹⁸ F: dodaje simul.

¹ F: stavlja iza dicta est.

² F: nema et.

³ F: dodaje infra.

⁴ F: libro.

⁵ F: ultimum.

⁶ F: nema scilicet.

⁷ F: ergo.

⁸ F: sensibili.

Deinde cum dicitur,¹ Adipiscuntur autem etc. ponit rationem inducentem ad hanc opinionem, et dicit quod illi qui ponunt hanc opinionem accipiunt² pro ratione quod multi illorum, qui sunt in maximis potestatibus constituti, sicut reges et principes, qui felicissimi apud vulgus reputantur, paciuntur similia cuidam regi assiriorum nomine sardanapalo, qui fuit totaliter³ voluptatibus deditus, et ex hoc reputant voluptatem esse optimum, utpote quia⁴ ab optimatibus maxime diligitur.

Deinde cum dicit, Qui autem excellentes⁵ etc. inquit de opinionibus pertinentibus ad vitam activam sive civilem, et primo quantum ad honorem, secundo quantum ad virtutem, ibi, Forsitan autem et magis etc. Et hoc rationabiliter. Nam⁶ civilis, sive activa intendit bonum honestum. Dicitur autem honestum, quasi honoris status. Unde⁷ et⁸ ad hoc pertinere videtur et ipse honor, et virtus quae est honoris causa. Circa primum tria facit, primo proponit opinionem, et dicit quod illi qui sunt excellentes, id est virtuosi, et operativi, id est dediti vite active ponunt felicitatem in honore.

Secundo ibi, Civilis est etc. inducit ad hoc rationem, quia fere totius⁹ vite civilis finis videtur esse honor, qui redditur bene operantibus in vita civili,

quasi summum¹⁰ praemium. Et ideo colentibus civilem vitam probabile videtur felicitatem in honore consistere.

Tertio ibi, Videtur autem magis etc. inprobat hanc opinionem duabus rationibus, quarum primam ponit dicens quod ante assignatam veram rationem felicitatis divinamus id est connicimus felicitatem esse quoddam bonum, quod est proprium ipsi felici, utpote ad ipsum maxime pertinens, et quod difficile ab eo aufertur. Hoc autem non convenit honori, quia honor magis videtur consistere in actu quodam honorantis, et in eius potestate, quam etiam¹¹ ipsius¹² qui honoratur. Ergo honor est quoddam magis extrinsecum et superficiale, quam bonum quod quaeritur scilicet felicitas.

Secundam rationem ponit ibi, Amplius autem videntur etc, quae talis est. Felicitas est quiddam quod non quaeritur propter aliud. Sed honore est aliud¹³ melius¹⁴ quod quaeritur. Ad hoc enim homines videntur honorem quaerere ut¹⁵ ipsi propriam¹⁶ opinionem accipiant de se ipsis quod sint boni, et quod ab aliis hoc credatur. Et ideo quaerunt homines¹⁷ honorem¹⁸ a prudentibus, qui sunt boni iudicii, et apud eos a quibus cognoscuntur, qui melius

¹ F: dicit.² F: recipiunt.³ F: nema totaliter.⁴ F: quod.⁵ F: nema excellentes.⁶ F: dodaje vita.⁷ F: quoniam.⁸ F: nema et.⁹ F: totus.¹⁰ F: nema summum.¹¹ F: nema etiam.¹² F: dodaje esset.¹³ F: aliquid.¹⁴ F: dodaje illud videlicet.¹⁵ F: dodaje et.¹⁶ F: firmam.¹⁷ F: honorari.¹⁸ F: nema honorem.¹⁹ F: recti.

possunt de eis iudicare, et quaerunt honorari de virtute per quam aliquis est bonus, ut in secundo dicitur. Et sic virtus est aliquid melius honore, propter quam quaeritur. Non ergo in honore consistit felicitas.

Deinde cum dicit, Forsitan autem etc. inquit de opinione ponentium felicitatem in virtute. Et circa hoc duo facit, primo proponit opinionem, et dicit quod forsitan aliquis exstimabit magis esse finem civilis vite virtutem, quam honorem, ratione praedicta.

Secundo ibi, Videtur autem imperfectionem etc. inprobat duplici ratione. Quarum prima talis est. Felicitas videtur esse quiddam perfectissimum bonum. Sed virtus non est talis. Invenitur enim quandoque sine operatione, quae est perfectio secunda,¹ ut patet in hiis, qui dormiunt, et tamen habitum virtutis habent,² et in tota vita sua non occurrit eis facultas operandi secundum solam³ virtutem, et maxime patet in magnanimitate et magnificentia, quia scilicet aliquis pauper habet habitum huius, qui tamen nunquam potest magnifica facere. Non igitur virtus est idem felicitati.

Secundam rationem ponit ibi, Cum hiis mala⁴ pati etc. quae talis est. Contingit aliquem habentem habitum virtutis⁵ infortunatum esse. Sed nullus

dicit talem esse felicem, nisi aliquis qui velit pertinaciter positionem suam defendere contra rationes manifestas, ergo felicitas non est idem virtuti. Et hoc dicit ad propositum satis esse. Sed de hiis sufficientius⁶ dictum est in enbadiis,⁷ id est in quibusdam⁸ versibus, quos de felicitate composuit.

Deinde cum dicit, Tertia autem etc. Facit mentionem de vita contemplativa, et dicit quod de tertia vita scilicet contemplativa perscrutabitur inferius, scilicet in decimo.

Deinde cum dicit, Pecuniosus autem etc. inquit de quadam opinione alia minus rationabili, quae ponit felicitatem in alico quod habet rationem boni utilis.⁹ Nam utile dicitur aliquid ex hoc quod ordinatur ad finem. Et¹⁰ quia¹¹ pecunia habet universalem utilitatem respectu omnium bonorum temporalium, ideo probabilitatem quamdam habet haec opinio, quae in peccuniis ponit felicitatem. Inprobat¹² eam Aristoteles duplici ratione. Quarum prima talis est. Pecunia per violentiam acquiritur, et per violentiam perditur. Sed hoc non convenit felicitati, quae est finis voluntariarum operationum, ergo felicitas non consistit in peccuniis.

Secundam rationem ponit ibi, et divicie non sunt etc. quae talis est. Nos quaerimus felici-

¹ F: nema secunda.

² F: dodaje: et in his habent habitum virtutis.

³ F: illam.

⁴ F: nema mala pati etc.

⁵ F: dodaje et.

⁶ F: sufficienter.

⁷ F: Encyclis.

⁸ F: dodaje circularibus.

⁹ F: dodaje scilicet in pecunia. Et hoc repugnat rationi ultimi finis.

¹⁰ F: nema et.

¹¹ F: dodaje tamen.

¹² F: dodaje autem.

tatem tanquam aliquod¹ bonum quod non quaeritur propter aliquid² aliud. Sed peccunia quaeritur propter aliud, quia habet rationem boni utilis, ut dictum est, ergo in ipsa non consistit felicitas.

Concludit³ ulterius quod illa quae supra dicta sunt scilicet voluptas, honor, et virtus, possunt⁴ existimari ultimus⁵ finis, quia propter se quaeruntur⁶ ut dictum est, et tamen⁷ illa non sunt fines ultimi, ut ostensum est, quamvis⁸ sint multi sermones compositi, ad asserendum felicitatem in praedictis bonis consistere. Sed iste opiniones sunt de⁹ cetero relinquende.

VI

Quod autem universale melius forsitan perscrutari et quaerere qualiter dicitur.

Et si obvia¹⁰ tali quaestione facta propter amicos viros¹¹ introducere ydeas.¹²

Videbitur autem utique melius esse forsitan et oportere et pro salute veritatis et familiaria destruere. Alterque¹³ et philosophos existentes. Ambo- bus enim existentibus amicis,

sanctum¹⁴ est¹⁵ prae-honorare veritatem.

Ferentes autem opinionem hanc non faciebant ydeas in quibus prius et posterius dicebant. Propter quod neque numerum¹⁶ ydeam constituiebant. Bonum autem dicitur et in eo quod quid est, et in quali, et in ad aliquid. Quod autem est secundum seipsum et substantia, prius natura eo quod ad aliquid est. Propagini enim haec assimilantur, et accidenti entis. Quare non utique erit communis quaedam in hiis ydea.

Amplius autem quia bonum aequaliter¹⁷ dicitur enti. Etenim¹⁸ in eo quod quid est dicitur, ut puta deus intellectus, et in quali virtutes, et in quanto mensurantur, et in¹⁹ aliquid utile, et in tempore tempus,²⁰ et in loco dieta,²¹ et altera talia. Manifestum quod non utique erit commune quid²² universaliter²³ et unum. Non²⁴ utique diceretur in omnibus praedicamentis, sed in uno solo.

Amplius autem quia eorum quae secundum unam ydeam una est et scientia, et bonorum omnium²⁵ utique una quaedam scientia. Nunc autem multe sunt, et eorum quae sub uno sunt praedicamento, utputa temporis. In bello quidem enim militaris, in egritudine autem

¹ F: aliquid.

² F: nema aliquid.

³ F: Concluditur autem.

⁴ F: pred possunt stavlja non.

⁵ F: ultimi fines.

⁶ F: requiruntur.

⁷ F: nastavlja: neque in illis est ultimus finis.

⁸ F: dodaje a diversis.

⁹ F: mjesto de cetero ima hic.

¹⁰ F: ardua.

¹¹ F: veros.

¹² F: idem.

¹³ F: specialiterque.

¹⁴ F: sanctam.

¹⁵ F: nema est.

¹⁶ F: numerorum.

¹⁷ F: aequale.

¹⁸ F: dodaje enim.

¹⁹ F: dodaje ad.

²⁰ F: tempus.

²¹ F: dicta.

²² F: quod.

²³ F: universale.

²⁴ F: dodaje enim.

²⁵ F: dodaje esset.

medicinalis, in laboribus autem exercitatio.¹

Quod² autem universale etc. Postquam philosophus improbat³ opiniones ponentium felicitatem in alicuius manifestorum bonorum, hic improbat opinionem ponentium felicitatem in quodam bono separato. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod necessarium est inquirere de hac opinione, secundo incipit eam improbare, ibi, Ferentes autem hanc opinionem etc. Circa primum tria facit. Primo proponit utilitatem huiusmodi inquisitionis, secundo ostendit quid videatur huic inquisitioni repugnare, ibi, Et si obvia⁴ quaestione facta tertio ostendit quod id non debeat retrahere ab inquisitione huius veritatis ibi, Videbitur autem utique melius etc. Circa primum considerandum est quod illud bonum separatum in quo platonici ponebant hominis felicitatem consistere, dicebant universale bonum, per⁵ cuius participationem omnia bona dicuntur. Dicit ergo quod perscrutari de hoc universali bona an sit, et inquirere qualiter esse ponatur, forsitan est melius, quam inquirere de praemissis opinionibus. Eius enim inquisitio magis est theologica⁶ quam philosophica, utpote magis pertinens ad considerationem veri boni et ultimi finis, quam praemisse, si ipse opiniones secundum se considerentur. Si autem conside-

rentur secundum quod pertinent ad propositum, inquirere de praedictis⁷ opinionibus magis videtur conveniens fuisse propositio. Et⁸ dixit forsitan quod est adverbium dubitandi.

Deinde cum dicit, Et si obviam⁹ etc. ponit quid posset¹⁰ eum retrahere ab inquisitione talis opinionis, et dicit quod huius inquisitio est contraria suae voluntati, propter hoc quod erat introducta a suis amicis¹¹ platoniciis. Nam ipse fuit platonis discipulus. Inprobando autem opinionem eius videbatur eius honori derogare. Ideo autem potius hic dicit quam in aliis libris in quibus opinionem platonis improbat, quia improbare opinionem amici non est contra veritatem, quae quaeritur principaliter in¹² speculativis, est autem contra bonos mores, de quibus principaliter agitur in hoc libro.

Deinde cum dicit, Videbitur autem utique etc. ostendit quod hoc non debet eum retrahere, quia videbitur melius esse, id est magis honestum, est ad bonos mores pertinet, et omnino oportere, ut homo non veretur inpugnare¹³ familiares suos pro salute veritatis. Est enim hoc adeo necessarium ad bonos mores, ut sine hoc virtus conservari non possit. Non¹⁴ enim ho-

¹ F: exercitativa.

² F: dodaje ideo.

³ F: ardua.

⁴ F: possit.

⁵ F: dodaje scilicet a.

⁶ F: dodaje aliis uz bilješku: Lege »in scientiis«.

⁷ F: oppugnare.

⁸ F: Nisi enim homo veritatem familiaribus praeferret, consequens esset, quod homo falsa iudicia et falsa testimonia proferret pro defensione amicorum. Quod est contra virtutem.

¹ F: exercitativa.

² F: nema Quod autem universale etc.

³ F: reprobavit.

⁴ F: ardua tali.

⁵ F: propter.

⁶ F: nema theologica quam.

mo familiaribus praefertur pro defensione amicorum, quod est contra veritatem. Et quamvis alter¹ id² est alia ratione pertinente ad omnes homines veritas praefenda amicis, specialiter³ hoc oportet philosophos qui sunt professores sapientie, quae est cognitio veritatis. Quod autem oporteat veritatem praefere,⁴ ostendit hac ratione, quia ei qui est magis amicus, magis est deferendum. Cum autem amicitiam habeamus ad ambos, scilicet ad veritatem et ad hominem, magis debemus amare veritatem quam hominem, quia hominem praecipue debemus amare propter veritatem et⁵ propter virtutem, ut in nono⁶ huius dicitur. Veritas autem est amicus⁷ superexcellens, cui debetur reverentia hominis.⁸ Est etiam veritas quiddam divinum, in deo enim primo et principaliter invenitur, et ideo dicitur⁹ quod sanctum est prae-honorare veritatem hominibus etc.¹⁰ Dicit enim Andronicus peripateticus, quod sanctitas est quae facit fideles, et servantes ea quae ad deum iusta¹¹ sunt. Hoc¹² etiam fuit¹³ sententia platonis, qui reprobans opinionem magistri sui socratis, dicit quod oportet de veritate magis curare, quam de alico alio.

¹ F: universaliter.

² F: nema id est alia.

³ F: dodaje tamen.

⁴ F: dodaje amicis.

⁵ F: nastavlja veritatem, a u bi-lješci kaže: Supple »propter se«.

⁶ F: septimo.

⁷ F: dodaje hujusmodi.

⁸ F: honoris.

⁹ F: concludit.

¹⁰ F: amicis.

¹¹ F: nema iusta sunt.

¹² F: pred hoc stavlja Juxta.

¹³ F: et.

Et alibi dicit. Amicus quidem socrates, sed magis amica veritas, et in alio loco dicit. De socrate quidem parum est curandum de veritate autem multum.

Deinde cum dicit, Ferentes autem hanc¹⁴ opinionem etc. inprobat positionem platonis dicens, quod felicitas hominis consistit in quadam communi ydea boni. Et circa hoc duo facit, primo ostendit quod non est una communis ydea boni, secundo ostendit quod etiam si esset, non consisteret in ea humana felicitas, ibi, Sed forte hoc quidem relinquendum etc. Circa primum duo facit, primo ostendit quod non sit una communis ydea,¹⁵ secundo inquirat de modo loquendi, quo platonici hanc ydeam nominabant, ibi, Quaeret¹⁶ autem quis utique etc. Circa primum considerandum est, quod Aristoteles non intendit inprobare opinionem platonis quantum ad hoc quod ponebat unum bonum separatum a quo dependent¹⁷ omnia bona. Nam et ipse Aristoteles in duodecimo metaphysice ponit quoddam bonum separatum a toto universo, ad quod totum universum ordinatur sicut exercitus ad bonum ducis. Inprobat autem opinionem platonis, quantum ad hoc quod ponebat illud¹⁸ bonum¹⁹ esse quamdam ydeam communem omnium bonorum. Ad quod²⁰ inprobandum utitur triplici ratione. Quarum prima sumitur ex ipsa positione platonis

¹⁴ F: nema hanc opinionem etc.

¹⁵ F: dodaje boni.

¹⁶ F: Quaereret.

¹⁷ F: dependerent.

¹⁸ F: nema illud.

¹⁹ F: dodaje separatum.

²⁰ F: dodaje quidem.

corum, qui non faciebant aliquam ydeam in illis generibus in quibus invenitur prius et posterius, sicut patet in numeris. Nam binarius naturaliter prior est ternario, et¹ sic inde. Et ideo non dicebant platonici, quod numerus communis esset quaedam ydea separata. Ponebant autem singulos numeros ydeales separatos puta binarium, ternarium, et similia. Huius ratio est, quia ea in quibus invenitur prius et posterius non videntur esse unius ordinis, et per consequens nec unam ydeam participare aequaliter. Sed in bonis invenitur prius et posterius. Quod manifestat ex hoc, quod bonum invenitur in eo quod quid est in substantia, et similiter in qualitate, et similiter² in aliis generibus. Manifestum est autem quod illud quod est ens per seipsum, scilicet substantia, est naturaliter prior³ omnibus hiis quae non habent esse, nisi in comparatione ad substantiam. Sicut enim est quantitas, quae est mensura substantie et qualitas quae est dispositio substantie, et ad aliquid quod est habitudo substantie, et idem est in aliis generibus, quae omnia assimilantur propaginat⁴ id est substantie, quae est principaliter ens, a quo propaginantur et⁵ derivantur omnia genera, quae etiam in tantum dicuntur entia, in quantum accidunt substantie. Et ex hoc concludit, quod non potest esse quaedam communis ydea boni.

Secundam rationem ponit, ibi, Amplius quam bonum etc. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod plato ponebat ydeam esse rationem et essentiam omnium eorum quae ydeam participant. Ex quo sequitur, quod eorum quorum non est una ratio communis, non possit esse una ydea. Sed diversorum praedicamentorum non est una ratio communis, nihil enim de hiis univoce praedicatur. Bonum autem sicut⁶ ens cum quo⁷ convertitur,⁸ invenitur in quolibet praedicamento, sicut et⁹ quod quid est, id est in substantia bonum dicitur deus in quo non cadit malitia, et intellectus qui semper est rectus, in qualitate autem virtus, quae bonum facit habentem, in qualitate autem mensuratum,¹⁰ quod est bonum in quolibet quod subauditur¹¹ mensura. In ad aliquid autem bonum¹² est utile, quod est¹³ redactum¹⁴ in debitum finem, in quando autem tempus scilicet optimum,¹⁵ et in ubi locus¹⁶ ad ambulandum, sicut dieta, et idem patet in aliis generibus. Manifestum est ergo quod non est aliquod commune¹⁷ unum bonum, quod¹⁸ sit idea, vel¹⁹ ratio communis omnium bonorum, alioquin oporteret quod bonum non inveniretur in

¹ F: nema et sic inde.

² F: etiam.

³ F: prius.

⁴ F: propagini entis.

⁵ F: nema et derivantur.

⁶ F: dodaje et.

⁷ F: nema quo.

⁸ F: convertatur cum eo.

⁹ F: in.

¹⁰ F: commensuratum.

¹¹ F: subditur.

¹² F: dodaje quod.

¹³ F: dodaje bonum.

¹⁴ F: relatum.

¹⁵ F: opportunum.

¹⁶ F: dodaje congruus.

¹⁷ F: nema commune.

¹⁸ F: dodaje scilicet.

¹⁹ F: ut.

omnibus praedicamentis, sed in uno solo.

Tertiam rationem ponit ibi, Amplius autem eorum¹ quae sunt etc. Ad cuius evidentiam sciendum,² quod sicut plato ponebat, quod res extra animam existentes assequuntur formam suae³ speciei,⁴ per hoc quod participant ydeam, ita⁵ anima formatur per scientiam, ex hoc quod participat ydeam, quia⁶ anima non cognoscit lapidem, nisi quia⁷ participat ydeam lapidis.⁸ Ex quo sequitur quod omnium eorum quae habent unam ydeam, est una scientia. Si ergo omnium bonorum esset una ydea, sequeretur quod omnia pertinerent ad considerationem unius scientie. Hoc autem videmus esse falsum, etiam quantum ad bona quae sunt in uno praedicamento, quod dicit⁹ ad¹⁰ hoc, ne aliquis diversificationes scientiarum attribueret diversitati praedicamentorum. Videmus¹¹ quod est ex congruitate. Considerat quidem enim¹² in rebus bellicis millitatis, in egritudinibus autem medicinalis, in laboribus autem exercitativa. Relinquitur ergo quod

¹ F: nema eorum quae sunt etc.

² F: dodaje est.

³ F: nema sue.

⁴ F: pred speciei dodaje generis vel.

⁵ F: nema ita anima formatur per scientiam, ex hoc quod participat ydeam.

⁶ F: ita quod.

⁷ F: per hoc quod.

⁸ F: dodaje: ita anima illarum scientiam et cognitionem participat per hoc quod ipsarum formae sive ideae in ipsa imprimuntur.

⁹ F: addit.

¹⁰ F: nema ad hoc.

¹¹ F: Videmus autem quod tempus congruum.

¹² F: nema enim.

non est una communis ydea bonorum.

VII

Quaeret autem utique aliquis quidem¹³ et volunt dicere per se unumquodque. Si et in per se homine et in homine una et eadem ratio est quae hominis, secundum enim quod homo nihil differt. Si autem sic neque secundum quod bonum. Sed neque quidem perpetuum esse magis bonum erit, sed neque magis quod diuturnius eo quod unius diei.

Probalius autem videntur pictagorici dicere de eo, ponentes in bonorum coordinatione unum. Quos utique et speusipus sequitur. Sed de hiis quidem igitur alius sit sermo.

Hiis autem quae dicta sunt, dubitatio quaedam subapparet propter quod non de omni bono sermones dici et fieri. Dicit autem secundum unam speciem quae secundum se ipsam persecuta¹⁴ sunt, et dilecta. Factiva autem horum vel conservativa aequaliter, vel contrariorum prohibitiva, propter hoc¹⁵ dici et secundum modum alium. Manifestum est igitur, quoniam dupliciter dicetur bonum, et haec quidem secundum se ipsa, utraque propter haec.

Dividentes igitur ab utilibus, quae secundum se ipsa intueamur si dicuntur secundum unam ydeam. Secundum se ipsa autem qualia ponet quis utique, vel quaecumque et solitaria persequuntur,¹⁶ ut puta scire et videre, et voluptates quaedam et

¹³ F: quid.

¹⁴ F: persecuta.

¹⁵ F: haec.

¹⁶ F: prosequuntur.

honores. Haec enim etsi propter aliud persequimur, tamen secundum se bona¹ ponet utique aliquis, vel neque ad² aliud³ propter⁴ ydeam. Quare maius erit ydeam. Si autem et haec sunt eorum quae secundum se ipsa? boni rationem eandem in omnibus ipsis apparere oportebit, quemadmodum in nive et cerusa, eam quae albedinis.

Honoris autem et prudentiae et voluptatis, alie⁵ sunt rationes, ita secundum quod bona. Non est igitur bonum commune quid secundum unam ydeam.

Sed qualiter utique dicuntur? Non⁶ assimilantur a casu equivocis, sed⁷ certe ei quod est ab uno esse, vel ad unum omnia communiter tendere,⁸ vel magis secundum analogiam. Sicut enim in corpore visus, in anima intellectus, et aliud utique in alio.

Quaeret⁹ autem aliquis utique etc. Ostendit supra philosophus quod non est una ydea communis omnium bonorum. Sed quia platonici idem¹⁰ bonum separatum non solum vocabant ydeam boni, sed etiam per se bonum, hic intendit inquirere Aristoteles, utrum hoc convenienter dicatur. Et circa hoc duo facit, primo ostendit quod illud bonum separatum non convenienter nominatur per se bonum. Secundo osten-

dit quod ponere bonum esse¹¹ separatum per se bonum repugnat ei quod ipsum¹² dicit¹³ esse communem ydeam omnium bonorum, ibi, Hiis autem quae dicta sunt etc. Circa primum tria facit, primo ostendit quod illud bonum separatum, non convenienter dicitur per se bonum, secundo excludit quamdam responsionem, ibi, Si¹⁴ quidem neque perpetuum esse etc. tertio comparat hoc dictum opinionioni platoniorum,¹⁵ ibi, probabilius autem videtur etc. Circa primum considerandum est quod illud bonum separatum, quod est causa omnium bonorum, oportet poni¹⁶ in altiori gradu bonitatis, quam ea quae apud nos sunt, eo quod est ultimus finis omnium. Per hoc autem dictum videtur quod non sit gradus altioris in bonitate quam alia bona. Et hoc intendit¹⁷ per hoc quod¹⁸ unum quidem vocabat plato per se, sicut ydeam hominis, vocabat hominem per se hominem, et ydeam equi per se equum. Manifestum est autem quod una et eadem est ratio per se hominis qui est apud nos, et per se hominis id est separati. Hoc¹⁹ manifestat per hoc quod homo separatus, et homo qui est in materia, non differunt secundum²⁰ quod homo, differunt autem secundum²¹

¹¹ F: stavlja iza separatum.

¹² F: nema ipsum.

¹³ F: dicitur.

¹⁴ F: Sed

¹⁵ F: Pythagoricorum

¹⁶ F: ponere.

¹⁷ F: manifestat.

¹⁸ F: nastavlja: unumquodque separatorum vocabant per se, ut per se hominem, et etiam per se equum.

¹⁹ F: pred Hoc stavlja Et.

²⁰ F: in.

²¹ F: quantum ad.

¹ F: bonorum.

² F: nema ad.

³ F: dodaje aliquid.

⁴ F: praeter.

⁵ F: dodaje et differentes.

⁶ F: dodaje enim.

⁷ F: An.

⁸ F: contendere.

⁹ F: izostavljaja sve do Ostendit.

¹⁰ F: illud